

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Reuerendo uiro, N.N. pastori ecclesiae Dei in arce Breui ueteri, fratri sup  
charissimo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

cupandi Angliam: quia armari eum uoluit ad de-  
lendas & Anglicas & nostras Ecclesias. Filius Dei  
protegat & gubernet nos. 10 Augusti, Anno 1559.

Reuerendo uiro, N. N. pastori Ecclesiæ  
Dei in arce Bremi ueteri, fratri suo  
charissimo.

S. D. Reuerende uir, et charissime frater: Non  
solum alij multi, sed etiam συγάθιος ad me scripsit  
τελεβαυολογίας N. & quidem consolationem ad  
didit. Delectatus sum ipsius iudicio & benevolētia.  
Consolationes uero mibi in hac senecta multo antē  
cogitatæ sunt. Scio Deum uelle, ut recte docentes,  
& recte facientes, placide ferant fauiciam tyrano-  
rum & prestigiatorum. & fero alios magis ra-  
biosos. Scripsi τῷ συγάθιῳ, me opponere omnium  
inimicorum clamoribus bonam conscientiam, &  
iudicia piorum & doctorum in Ecclesia. Adiunxi &  
hanc consolationem, cum sciam Deum ueritatis de-  
fensorē esse, non passurum esse spero, ut ueritatem  
extinguant isti sophistæ, etiam me pulso aut inter-  
fecto. Vetus uersiculus est,

ἄγε δὲ φῶς τὸν αἰλύθεαν χρέος;  
quod rectius diceretur,

ἄγε δὲ φῶς τὸν αἰλύθεαν θεός. Recito-  
mīcīs & hanc Tertulliani uocem: Si apud Deum  
depositur iniuriam, ipse ultor est: si damnum, re-  
stitutor

stitutor est: si dolorem, medicus est: si mortem, resu  
scitator est. Hanc sententiam adscripti, quia tibi  
iucundam fore sciebam.

Clariss. uiro, D. Conrado Cordato, do-  
ctori Theologiae N. compatri suo  
charissimo,

S. D. Ut igitur Loth erat in Sodomis, & uici-  
nus erat Sem, egressus iam annum quadringentesi-  
num, & Abraham: ita tu Euangelij uocem sonas,  
& collgis Ecclesiam aliquam Dei inter hostes: ac  
oro Dominum nostrum Iesum Christum, ut te ser-  
uet incolarem, & confortet. Vbiq; multæ & ma-  
gnæ sunt difficultates. Doleo uicem N. regionis in  
qua degis: quæ non solum premitur tributis, sed e-  
tiam alijs miserijs. Vbicung: ero donec uiuo, si illo  
genere officij possum tibi seruire, summa fide ser-  
uiam: & uolo te forti animo esse. Christophorum  
spero tibi fore obsequenter: & delaturum hono-  
rem, qui seni & bene merito in Ecclesia debetur.  
Bene uale. Die 27 Septembri, quo primum coepit  
quiescere arca Nohæ, ante annos 3840. Deus quo-  
que nunc det quietem Ecclesia.

D. D. Medlero superintendenti Brau-  
suicensi, amico suo charissimo,

S. D.

Clarissime domine Doctor, et amice charissime.

Ets